

France Prešeren:

TRNOVO

Anni praeteriere hactenus abs eo
Laeto tempore, postquam angelicum melos
Ad Bethlem genitum protulerat Deum,
Sescenti ter et hi bis quoque sedecim.

Paschae tempus erat; sancto ego sabbato,
Cum Christi tumulus nos vocat ad preces,
Visebam, Lăbăcum, tum ecclesias tuas,
In Ternovŏ means de decima fui.

O Ternovo, locus qui miserabilis
Exstas nominis, est namque satus dolor
E flammis oculorum hic mihi limpidis!

Fanum cum subiit luminibus micans
Illa, in cor cecidit mi ignis amorifer,
Quem vis nulla potest perdere fervidum.

Ljubljana.

Vertit: S. Kopriva.